

## Band IX., Nr. 4033, Seite 397-398

*Graf Eberhard von Württemberg verkauft dem Esslinger Bürger Marquard  
Pluvat einige Weinberge.*

Esslingen, 1290. November 10.

Eberhardus de Wirtenberc comes literarum inspectoribus universis salutem cum notitia subscriptorum. Quia fides instrumentorum cum testium depositionibus eandem obtinet firmitatem, expedit gesta legitima scripturarum testimonio commendari. Recognoscimus itaque scriptis presentibus et tamquam in iure coram competenti iudice contra nos confessi dicimus et firmamus, quod vineas subscriptas nobis iure proprietatis ac domini pertinentes, videlicet vineam in monte, qui dicitur Banholze, quam colit Bechtoldus molendinator, item vineam sitam sub cimiterio capelle Oberndurenkain quam colit Hainricus dictus Markeli, item vineam que dicitur Viertail quam colit Cunradus dictus Schainbüch, item vineam in der Biunden quam colit Albertus dictus Schainbüch, item vineam in der Biunden quam colebat dictus Swainger, item vineam in der Biunden quam colit Siboto dictus an dem Buhel, cum earundem vinearum fundis plantis vallis et interciliis viis inviis, quin immo cum ipsarum vinearum iuribus superterraneis intraterraneis et subterraneis, plerumque cum prefatarum vinearum pertinentiis corporalibus et incorporalibus quocunque nomine censeantur sive etiam cum illis iuribus quibus nomen positum non existit ac specialiter cum vero dominio seu iure advocaticio sive etiam cum iure torculationis nobis competentibus in vineis prenarratis viro discreto Marquardo dicto Pluvat et eius heredibus universis utriusque sexus pro centum et XI libris ac VII solidis cum VI nummis denariorum Hallensis monete nobis ab eodem Marquardo fideliter exsolutis et in nostre maxime necessitatis redemptionem conversis vendidimus absolute, sollempnitatem adeo efficacem verborum et gestuum adhibentes, ut omnis homo Marquardum et heredes prefatos ipsum venditum attestetur iusto tytulo possidere ac etiam bona fide. Renuntiamus etenim in premissis casu exceptioni deceptionis ultra dimidiam partem iusti pretii doli malitie pacti conventi actioni in factum et generaliter omni exceptioni seu defensionem ex quibus posset contractus prefatus vel instrumentum inde confectum aliquo modo vitari vel quibus mediis principaliter vel incidenter tacite vel expresse directe vel etiam indirecte de iure facto vel consuetudine coram quocunque iudice vel extra iudicium quicquam posset in Marquardi et heredum predictorum aliquale preiudicium attemptari. Confitemur etiam quod nulla stiura nec denariorum nec vini nobis aut nostris successoribus debetur tam de feodis

## II

quam de vineis prelibatis. Si vero predictae vinee ab aliquo impetite fuerint, tunc nos ipsas vineas ab impetitione cuiuslibet absolvere debemus secundum terre consuetudinem communem. Testes huius rei sunt: Wolframus de Lapide, Wolframus de Bernhusen iunior, Walcgerus de Ehingen milites, Fridericus de Hohenhain, Cunradus de Laiterberg, Hugo Nallinger, Fridericus de Hallis, senior Rupertus, . . . dictus Huser, Herman Pluvat cives de Ezselingen et alii quam plures fide digni. In evidens premissorum testimonium presentes litteras sigillo nostro et sigillo civium in Ezselingen fecimus roborari.

Datum Ezselingen, anno domini MCCLXXXX., in vigilia beati Martini.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

Noch das zweite Siegel, das der Stadt Esslingen, erhalten.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

StA Ludwigsburg

**Signatur/Titel des Originals:**

B 169 U 237

**Regesten:**

ADOLF DIEHL (BEARB.): Urkundenbuch der Stadt Esslingen, 2 Bde., Stuttgart 1899-1905 (Württembergische Geschichtsquellen 4 bzw. 7), Bd. 1, S. 91, Nr. 233.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Esslingen

**Ortsindex:**

(Burg) Württemberg Wüstung (21519)

(Burg) Württemberg, Stuttgart, S, W

Bernhausen Wohnplatz (481)

Bernhausen, Filderstadt, ES

Ehingen (Donau) Wohnplatz (16771)

Ehingen (Donau), UL

Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)

Esslingen am Neckar, ES

Hohenheim Wohnplatz (29)

Hohenheim, Stuttgart, S

Obertürkheim Wohnplatz (40)

Obertürkheim, Stuttgart, S

Rechtenstein Wohnplatz (16926)

Rechtenstein, UL

IV

Schwäbisch Hall Wohnplatz (3361)

Schwäbisch Hall, SHA

Wangen : Ostrach SIG

Wangen Wohnplatz (21232)